

d suspensus. (Ad hanc partem spectat textus in c. novis, de appell.) Cum enim predictus Cardinalis apud Senonas Archiepiscopus, & Episcopus Concilium congregasset, ut contra ipsam Philippum procederet, & interdictum in Regno Francie apponeret, Philippus per nuncios suos ad Sedem Apostolicam appellavit, ut refert Spondan, in contin. Baronii, ann. 1198, n. 9.

F. F. Regni Francorum.) Pro diversitate temporum diversi fuerunt Regni fines; dum enim Galli Romani parent, in sex provinciales Regnum dividebatur, ut ejus avi, & sequentium historiam, & geographicam descriptionem referens tradit Hothmannus in Franco-Gallia, c. 1, 2, & 3. g Legatis, & delegatis nostris.) Qui vari fuerunt; nam Petrus Cardinalis, de quo in presenti, missus fuit, ut jam ceptum negotium divorii proficeretur; fuerant enim antea iudices dati in hac causa Odavianus Episcopus Ostiensis, & Joannes presbyter Cardinalis, ut refert Spondanus ubi sup, anno 1193, n. 1.

h Conditio Juratoria.) Sub qua relaxanda erat interdicti sententia, c. quo fronte, de appell. c. ex parte 23, de p. s. Unde recte petebat in hac parte Philippus interdicti sententiam relaxari.

i Vici. Engdon. Bisunt.) Provinciae istae tempore Innocentii III. erant Galliae, non tamen spectabant ad Regnum Francorum, ut sonant ex eius Regni descriptione tradita a D. Dore pag. 80. Unde cum in Viennensi civitate Legatus sententia interdicti promulgasset, intendebat Philippus cum extra Francie provincias, & per consequens extra legationis terminos sententiam dixisse.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu communitur deducitur, Legatum cui commissum est legatio in diversis provinciis, posse in una cognoscere de causis emergentibus in alia; posse tamen quam terminos provinciae

sibi commissi egressus fuerit, non posse exercere jurisdictionem. Ita ultra ordinarios in presenti ex hoc textu docuerunt Moneta de commut. ubi, 206, c. 5, n. 226. Covar. l. 2. var. c. 20. Gonzalez in reg. 8. gloss. 22. Barbosa l. 1. juris eccl. c. 5, num. 76. Azor. 2. p. in fin. l. 5. c. 27. quest. 4. Frago de regim. Christi, Respon. disp. 10. §. 2, n. 37. Gambara de officio Legati extra provinciam, n. 2, c. 3. Nam licet non possit iudex extra provinciam suam dicere, l. 3, ff. de officio Praefiti, l. ult. ff. de iuris. tamen Legatus diversarum provinciarum ordinariam in omnibus provinciis sibi assignatis habet jurisdictionem, cap. 2, hoc tit. lib. 6. Sed ordinarius iudex in quolibet loco suae jurisdictionis potest causa alterius loci decidere, ac terminare, c. cum Episcopus, de offic. Ordin. l. 6. Igitur Legatus in quolibet provincia suae legationis potest exercere jurisdictionem contentiosam, etiam quoad res, seu personas existentes in alia provincia: sed si jam exisset provincia suae legationis non potest aliam jurisdictionem contentiosam exercere. Neque obstat, si iudex, Legatum Proconsularem aequiparari, cap. 2, hoc tit. lib. 6. sed Proconsul tantum deponit imperium, dum ingreditur urbem Romanam, l. ult. ff. de offic. Proconsul. Igitur similiter licet Legatus exessit terminos suae provinciae, dum tamen non ingreditur Romanam civitatem, non deponit imperium, aut jurisdictionem. Nam respondendum est, etiam Proconsulem jam egressum terminos provinciae suae jurisdictionem contentiosam exercere non posse: nec contrarium probat textus in d. l. ult. nam omnis emendationibus Fabri, & Gothofredi in d. l. Hothmanni l. 4. ubi, c. 22. dicendum est, Proconsulem in ingressu urbis deponere imperium, id est, jurisdictionem voluntariam, quam etiam extra provinciam exercere poterat, ut interpretatur Cuiac, in novella 95. Justin. vel iniqua, & ornamenta dignitatis Proconsularis, ut vult Oualdus, l. 17. comment. Denell, & littera E, jurisdictionem autem contentiosam, ex quo exessit terminos suae provinciae, certum est exercere non posse.

CAPUT VIII.

Gregorius IX. a Patriarche b Hierosol.

Volentes. Et infra: fraternitati tuae legationis officium in provincia tua duximus committendum; ita tamen, quod si Legatum ad partes illas de latere nostro congerit destinari, executionem ipsius officii, quamdiu Legatus ipse ibi fuerit, pro Sed. Apost. reverentia omnino dimittas.

NOTAE.

a Patriarche.) Geraldo videlicet: ipse enim mortuo Rudolpho electus fuit in Patriarcham Hierosol. & confirmatus a Gregorio IX. anno 1227. ut ex Scripturis Orientalibus refert Spondanus in continuat. Baronii, praedicto anno, n. 7. Bejoldus in hist. Hierosolym. b Hierosolym.) Amplitudinem, & principium hujus Ecclesiae retuli in c. 3. de clericis peregrin.

COMMENTARIUM.

IN hoc textu deciditur, praesente Legato a latere officium Legati missi, seu nati cessare, nec hujusmodi Legatos insignis uti posse. Quod & deciditur in c. antiqua, §. dominica, de provol. Docent Barbosa l. 1. juris eccl. c. 5, n. 19. Frago de regim. ubi supra, disp. 10. §. 1, n. 7. Cuius doctrinae ratio provenit ex praecedencia Legati a latere, qui alios quoscumque Legatos praecedit, ut late docet Manriquez de pract. q. 29. per totum.

CAPUT IX.

a Idem.

Excommunicatis pro iniectione manuum violenta, Ecclesiae Romanae Legati, qui de ipsius latere non mittuntur, extra provinciam sibi commissam, vel ibidem, si hujusmodi manuum iniectiones illuc contingant aliunde accedere, & qui Ecclesiarum suarum praetextu legationis sibi vindicant dignitatem, etiam subditis (quamvis in provincia sua existentes) beneficium absolutiōis impartiri non possunt, nisi de speciali gratia illis, & sibi amplius a Sede Apostolica concedatur.

NOTAE.

a Idem.) Greg. videlicet IX. qui motu proprio praesentem edidit constitutionem a nemine consultus, ut de ipso Gregorio jam notavi in c. fin. consuetud.

COMMENTARIUM.

EX hac constitutione talis deducitur assertio: Legati nati non absolvent excommunicatos ob iniectionem manuum in clericos, etiam in sua provincia: Legati missi similiter non absolvent ipsos extra suam provinciam, aut venientes ad eam ex aliena: Legati a latere omnes, & ubicumque absolvent. Probant hanc conclusionem textus in c. quod translationem, hoc tit. c. ex nescit, l. 2. c. ad eminentiam, l. 2. c. quavis, §. 8. de sent. excomm. Illustrat Gambara de officio Legati l. 12. per totum, plures congehi a Barbosa in presenti, c. l. 1. juris eccl. c. 5, num. 27. Moneta de commut. c. 5, n. 236. Suar. de censur. disp. 22. tit. 1. n. 100. Grassis in decisioib. l. 2. c. 49, n. 38. Frago de regim. disp. 10. §. 2, n. 23. Gibalin in synopsi cons. pag. 466. Garcia in summa, tr. 1. diff. 3. sub. 2. punct. 5. Ceter de eccl. hierosol. disp. 3. §. 2.

Sed hac assertio ita illustrata difficilis redditur sequenti juris consideratione. Excommunicatio, quae incurritur ob violentam manuum iniectionem in clericum, R. Pontifici est reservata, nec alius, quam ipse ab ea absolvere potest, c. si quis suadente, 17. q. 4. & si Legatus a latere tamquam ejus

vices gerens ab ea absolvit, etiam Legati nati, seu missi, qui etiam dicuntur Vicarii R. Pontificis, c. fin. 93. disp. Ceter ubi sup. n. 1. absolvere possunt: igitur aut Legati a praedicta excommunicatione absolvere valent, aut nullus. Auguetur hac difficultas ex eo, quia si Legatus a latere potest quoscumque excommunicatos, & ubicumque absolvere, potest etiam quoscumque, & ubicumque excommunicare, cum ille possit absolvere, qui & ligare: sed Legati alienos subditos, & extra suam provinciam existentes excommunicare non possunt, ut saepe lapsus in hoc tit. probavi: igitur neque eos absolvere.

Adhuc tamen defendenda est praesens assertio, cuius rationem ut percipiamus sciendum est, ob dignitatem clericis status, & reverentiam, quae clericis debetur, in Conc. Lateranensi sub Innocentio II. celebrato, & in Conc. Rhemensi tempore Eugenii congregato an. 1148. can. 13. statutum fuisse, ut si quis luadente diabolo tantum sacrilegii reatum incurrit, quod in clericum, vel monachum manus violentas iniecerit, anathema sit, ita ut nullus Episcopus illum praesumat absolvere, nisi mortis urgente periculo, donec Apostolicus conspectu praesentetur. Referunt Conc. Rhemensis verba Baronius anno 1148. Manrique annual. Cister. c. 3. anno 1148. c. 4. quem canonem firmiter Romanae Ecclesiae Praefules in c. 1. c. non dubium §. c. parochianum 9. c. ex tenore 10. c. cum non ab homine 14. c. tua 19. c. contigit, de sentent. excomm. c. eos 3. 22. c. cum quis, 23. eod. tit. l. 6. & alius juris locis congehit ab Ant. Aug. in epit. juris l. 37. tit. 78. Gregorius in summa verbo clerici non esdem. Illustrant hoc privilegium canonis Pinc.

Pineda l. p. Monach. Eccl. l. 20. r. 16. §. 5. Petrus Greg. l. 4. par. c. 10. c. 16. Synagoga. c. 1. n. 35. Suarez de cens. disp. 27. tit. 1. cap. 4. Sarmiento in desens. libelli de redditib. eccl. §. 1. §. 3. moni. 55. plures congehi a Cenedo in collect. ad decretum, collect. 24. Barb. in d. c. si quis suad. Petr. Greg. l. 2. par. 11. §. 9. c. 10. de rit. 16. c. 11. Frago de regim. Christi. Respon. 2. p. l. 1. disp. 7. Delbene de immum. eccl. tom. 1. §. 2. sub. A. Scorta in selectis eccl. 2. §. 29. §. 6. Gibal. & Garcia l. 1. §. 2. sub. A. Diana par. 9. §. 4. Nos tamen tria tantum in praesenti examinabimus, videlicet personas, quae hoc privilegio fruantur, aut in excommunicationem incidunt; ex qua iniectione excommunicatio incurritur; & qui possit ab ea absolvere.

Quoad primum, illis verbis, Si quis, omnes personae utriusque sexus, tam saeculares, quam ecclesiasticae, dum iudicium integrum rationis habent, comprehenduntur, c. 1. c. mulieres, §. 60. c. porro 7. c. ex tenore 10. c. veritate 2. c. cum illorum, §. 2. c. de monialibus 37. c. fin. de sent. excomm. Docent late Gibal. & Diana ubi sup. Deinde quoad personas, quae hoc privilegio Canonis gaudent, certum est, omnes Clericos, five in maioribus, five in minoribus ordinibus constitutos; imo totam tantum habentes hoc Canonis privilegio frui, quia in Clericorum numero, & collegio recensentur, c. clerici, c. p. m. i. §. 1. d. c. c. cum contingit, de stat. §. qual. Nec interest, an congehi sint, dum deserant habitum clericalem, & alium Ecclesiae inferant, iuxta textum in c. unico, de Clerici conge. l. 6. Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 6. Monachum etiam appellatione, qui hoc privilegio fruuntur, veniunt religiosi utriusque sexus; tam professi, quam novitii, necnon etiam conversi, & Canonici regulares, c. Monachi, c. Parochianum 9. cap. cum illorum, §. 2. cum seq. de sent. excomm. c. religiosi, 21. §. unico, eod. tit. in 6. pluribus relati docet Garcia ubi sup. Etiam Monachi Bigami hoc privilegio fruuntur, quia bigamia tollit privilegium clericale, non vero regulare, ut cum aliis resolvit Gibal. ubi sup. Fratres etiam Tertiarii Ordinis S. Francisci, & Dominici, necnon Eremitae, si superiorem habeant, & in communi vitam agunt, hoc privilegio fruuntur, ut docent Rodriguez tom. 2. questionum reg. q. 65. art. 5. Layman l. 1. summe, tr. 5. 2. par. c. 5. n. 4. Non tamen hoc privilegio gaudent Clerici incorrigibiles, tonsurae desertores, sine veste clericali incedentes, gravissimis sceleribus impiiati, c. in audientia, §. c. persequendum, c. contingit, de sent. excomm. Nec etiam gaudent Clerici goliardi, joculariores, canonicos, teri moniti, ut similia exercitia deserant, c. unico, de vita, & benef. Clerici, l. 6.

Ipsa manuum iniectione, ut excommunicatio incurritur, debet esse violenta, & iniuriola, ut occisio, vulneratio, mutilatio, percussio, quocumque modo, aut instrumentum fiat, five manu, pede, ense, fuste, loris, aut etiam veneno occulte propinato, ut late resolvit Diana d. r. 4. Nec solum si manu propria percussio sequatur, excommunicatio incurritur, verum & si ab alio dum quis mandavit, aut ratam habuit percussione, c. dilectio, §. c. cum quis 23. de sent. excomm. l. 6. c. mulieres 6. §. fin. c. quanto 47. de sent. excomm. debet autem ipsa percussio esse gravis, ita ut sufficiens iudicetur ad peccatum lethale perpetrandum, sine quo excommunicatio major incurri non valet, c. nemo c. nullus 11. q. 3. non autem incurritur hac censura sequentibus casibus. Primo cum quis Clericum cum propria uxore, matre, filia, vel sorore solum cum sola in loco suspecto invenit, c. si vero 3. de sent. excomm. si non dolo, vel fraude ipsum percussit, illam evocando, ut resolvunt Diana d. r. 4. ref. 2. Barb. in d. c. si vero, n. 7. Gibal. ubi sup. pag. 465. Similiter nec in excommunicationem incidit ille, qui Clericum percussit, cum aliter se defendere non posset, ut resolvunt Sayrus, & Philarius relati a Gibal. ubi sup. Similiter etiam in excommunicationem non incidit, qui percussit Clericum habitu laicali incedentem, c. si vero, de sent. excomm. Nec qui Clericum quovis ordine insignitum ratione officii, coercitionisve intra modum sine iniuria verberant, aut percussit, argumento text. in c. univ. §. 2. c. cum voluntate, §. §. fin. de sent. excomm. nec illi, qui ejusdem excommunicati ab Ecclesia, nec illi, qui se, luque defendendo Clericum percussit, c. si vero, 3. c. ex tenore 10. de sent. excomm. Persequuntur alios casus, Diana, & Gibal. ubi sup.

Superest, ut de absolutione hujus excommunicationis agamus. Et eam petendam esse a S. Pontifice personaliter, non per procuratorem, deciditur in d. c. si quis suadente, & aliis supra citatis. Postea tamen illi permissa fuit Legatis, iuxta distinctionem traditam in hoc textu; & Episcopis certis in casibus. Primo si percussio fit levis, ex qua licet peccatum lethale daretur, mutilatio tamen levis secuta fuit, c. perveni, 17. de sent.

CAPUT X.

a Idem.

Nemini dubium esse volumus, quin Legatorum Sed. Apost. a statuta edita in Provincia sibi commissa, durent tamquam perpetua, licet eandem postmodum sint egressi. Secus autem si causas duxerint delegandas aliquibus, cum jurisdictione istorum expret, si ante illorum discessum horum c. citatio non praecessit.

NOTAE.

a Statuta.) Legati enim statuta facere possunt in sua Provincia, ut alii, qui jurisdictionem ordinariam habent, de quibus egit in c. cum Ecclesia, de consuet. & sunt perpetua, quatenus suae legationis jurisdictioni conveniunt, ut accipiunt praesentem textum Canon. ad hunc titulum. Suarez de legibus l. 1. c. 10.

excomm. extravi. portatib. Joann. XXII. docent, & resolvunt, quando levis percussio dicitur, Molina de iud. d. 1. disp. 17. n. 1. Barb. de poss. Episc. alleg. 42. n. 1. Item si impuberes sunt, qui manus violentas iniecerunt, ab Episcopo, etiam post pubertatem, absolvi valent, c. 1. c. quavis, §. fin. de sent. excomm. Similiter absolvere potest Episcopus mulieres quascumque conditionis, etiam ob enormem percussione, cum periculum illis sit peregre proficisci, & se viorum cubus inimicere, c. mulieres, c. ex nescit, praecipue si sint moniales, c. de monialibus, de sent. excomm. Item absolvere possunt servos, & filios familias, quando pater, & dominus percussioni non consenserunt, d. c. mulieres, c. relatum, 37. de sent. excomm. etiam infimos valeducarios, dum primo juramento promiserint, quod postula salutis restituti, personaliter a Pontifice eam requirent, c. quavis, 26. c. quavis 18. de sent. excomm. Etiam ab Episcopo absolvi possunt pauperes ita inopia laborantes, ut Romam adire non possint, d. c. ex nescit, c. quavis. Clerici etiam unius collegii iuxta eodem secto degentes ab Episcopo absolvi possunt, si percussio gravis non sit, c. quavis, §. de vita & hon. Cler. imo si religiosi ejus coenobii in hanc censuram incididerint, a proprio Praetore absolvi valent, c. Monachi, 2. c. cum illorum, §. 2. de sent. excomm. nisi percussio enormis sit, c. canonica, eod. tit. Monachi autem, qui religiosum alterius Monasterii, seu ordinis percussit, debent absolvi a proprio Praetore, indicta satisfactione coram Praetore ipsius percussit, d. c. cum illorum, & si Clericum saecularem percussit leviter, ab Episcopo absolvi debent, cap. religiosi, §. 2. n. 1. 6. Hae omnia procedunt regulariter, & iure communi attento: si vero periculum mortis imminet, quibus tunc nulla datur reservatio peccati, aut censura, quibus absolvi poterit a censura a quolibet sacerdote, cum obligatione se sistendi coram R. Pontifice, si convaluerit, d. c. ex nescit, c. quod de his, de sent. excomm. aut si alia privilegia habeant Religiosi, quibus standum est. Etiam post Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 67. si percussio occulte fiat, & diffisili est aditus R. Pontificem, Episcopus potest absolvere. Tandemque Bullam Cruciatam habentes, ejus virtute semel in vita; & si iterum in excommunicationem incididerint, aliam Bullam asumentes possunt absolvi, ut docent Rodrig. in Bullam, §. 11. num. 2. P. Mendo eod. tit. disp. 24. n. 28.

Quibus ita praemissis, ratio hujus decisionis ex eo provenit, Ratio de- 7
ciendi. 8
nam cum ab excommunicatione ob percussione Clerici illi absolvi possint, quibus iure absolutio permittitur, & Legato a Latere permittitur ab excommunicatione absolvi, non a consuetudine, ut exiitavit Speculator tit. de Legato, §. superest; sed a iure ipso, in d. c. ad eminentiam, d. c. quod translationem, ut docet Frago de regim. ubi supra, §. 2. Unde deducitur a contrario, excommunicatos ob iniectionem manuum in Episcopos, aut Cardinales, excommunicatos ob iniectionem manuum in Episcopos, aut Cardinales, absolvi non posse, quia hujusmodi censura R. Pontifici tantum est reservata, c. felicitas, de penis l. 6. Clem. 1. §. 1. Similiter Legati missi, cum non aequali polleant dignitate ac Legati a Latere, tantum subditos suos absolvi possunt, non alium venientes, ne legationis formam sibi praesentem excedere videantur, c. sane, de privol. Legati autem nati praedictos excommunicatos absolvi nequeunt, quia illis concessum non est, ea ratione, ne contemneretur privilegium praedicti Canonis si quis suadente, cum eorum subditi Clericos percussiones facile pro absolutione illos adire possint.

Nec obstat difficultas supra adducta, cui facile ex supra traditis fit satis; nam licet in iure Pontificio reservata sit absolutio excommunicationis ob iniectionem manuum incurritur R. Pontifici; tamen in eodem iure concessa est facultas absolventi Legatis a Latere, & natis, cum supra tradita distinctio: non tamen omnibus Legatis hac facultas competit, quia eorum potestas aequalis non est, ut probavi in c. 1. hoc tit. Nec augmentum difficultatis refragatur; nam magnum discrimen versatur inter facultatem excommunicandi, & potestatem absolvendi in foro interno; quia ad excommunicationem infligendam necessaria est causa cognitio, & iudex pro tribunali sedere debet, c. si quem, §. si quis, 2. q. 2. c. inducitur, §. 3. qu. 3. quae alieno territorio obiri nequeunt, c. Episcopus, 2. q. 2. absolutio autem, quae in foro interno conceditur, neque causa cognitionem, neque judicalem actum petit, unde Legatis ubicumque potest praedictos excommunicatos absolvi: non autem extra Provinciam in alienis subditos excommunicationem proferre, ut docet Moneta de commut. c. 5. n. 237.

pellatur. D. Bernardus serm. 3. de S. Andrea. Videt Sacerdos...

Obligatio sigilli omni jure nullo tenetur.

Hac autem sigilli obligatio non solum a jure ecclesiastico...

Qui sequitur hic niger est; hinc in Romano carcere. Ovidius l. 2. de arte.

Eximia est virtus praeferre scientia rebus.

At contra gratia culpa sacanda loquit.

Inde apud Perlas grauius punitur lingua, quam illum peccatum...

De non sigillorum violatio.

Ad hoc obligatio sigilli obstringit Sacerdotes ad celanda...

Superiori assertioni primo opponitur textus in Concilio Africano...

peccatum publice confessum, ut olim fieri solebat. Trident...

Traditur decidendi ratio.

Ex supra traditis facile colligitur decidendi ratio ad nostrum...

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta, verum eam est...

Dubitandi ratio.

peccatis sibi secreto, aut in confessione detectis, procedente accusatione...

Superiori assertioni primo opponitur textus in Concilio Africano...

non sunt de confessione iuriculari, seu sacramentali, sed de confessione...

Eadem etiam solutio accipiendus est text. in c. 1. de Clerico...

Ubi Episcopus utitur scientia habita in confessione ad Clericum...

C A P U T III.

Idem a Flor. Episcopo.

Cum ab Ecclesiis in Praelatis ecclesiastica sententia in malefactoribus...

N O T A E.

Episcopo. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc...

Praelatis. Hinc colligitur, Parochos dici etiam Praelatos...

Landulphus videlicet. Idem Parochus, qui ita etiam appellatur...

Interditi, vel exco. EX his verbis facile deponitur, Parochos jure ordinario...

Contrariam sententiam, videlicet Parochum beneficium pa...

non sunt de confessione iuriculari, seu sacramentali, sed de confessione...

Deinde superiori assertioni obstat textus in cap. ad aures, de reprob....

Exponitur casus 10. de temp. ordia.

rochiale habentem non posse jure proprio sententiam excommunicationis...

Contraria sententia probatur.

ex d. c. 2. ex illis verbis, dicitur iustitiam, que innotuit tribu-...

sent. excom. c. ad aures 24. de simonia, c. quinquagesima in fine, de tem-...

C A P U T I V.

Idem a Cantuar. Archiep. & ejus Suffraganeis.

Cum vos plerumque oporteat b ordinationem Ecclesiarum differre, pro eo quod quandoque persona vobis minus...

N O T E.

Cantuar. Ita legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 5. & post Conc. Later. par. 2. c. 21. & presentem...

C O M M E N T A R I U M.

Ex hoc textu talis deducitur conclusio, Si ordinatione Pre-...

Sed pro dubitanti ratione intendam probare, presentem Alexandri conceptionem superfluum esse, nec disciplinam Eccle-...

interpretibus ita accipiuntur, ut dimidia pars fructuum Eccle-...

Quia dubitanti ratione minime obstantem vera est presens Decisio, pro cuius expositione sciendum est, olim vacante Se-...

In Oriente Imperatores etiam CP. occasione arrepta ex fre-...

Nec obstat prima difficultas supra expensa, cui ut satisfaciant Reperentes in presentibus, affirmant, Alexandrum III. in...

cine Ecclesie Episcopus, exequiarum tempore accedat, qui curam Ecclesie districte gerat. Anselm. can. 6. Ut Episcopus,...

Sed ut economi officium, & institutionem perpendamus, sciendum est, in unaquaque Ecclesia Metropolitanam, vel Episcopum debere eligere unum economum, qui iuxta ipsius arbitrium res Ecclesie administrat, & dispensat, & quoniam...

Nec obstat prima difficultas supra expensa, cui ut satisfaciant Reperentes in presentibus, affirmant, Alexandrum III. in illis verbis, in quibus Ecclesiastica persona presentationem non habet, accipiendum esse de Ecclesia, que habet patronum laicum, ad quem Ecclesie vacantis custodia non spectat, & ideo diocesanum Episcopum debere proponere, & constituere economum, per quem redditus, & proventus Ecclesie viduatae serventur. Ita Innocentius in presentibus, n. 1. Abbas n. 4. Rochus de Curte de iurep. verbo Honorificum, n. 57. Sed hoc solutio refellitur expresse ex iuribus supra citatis, videlicet ex dicto capite filius, d. c. bone, ubi permittitur etiam laicis custodia vacantis Ecclesie. Quare pro vera solutione, & explicatio illorum verborum, in quibus de Ecclesiastica persona, dicendum est, aliud diversum jus procedere in economis constitutendis, circa quod distinguendum est, ut enim economi ad agendum, & respondendum in iudicio constituentur, aut ad dispensationem, & administrationem rerum Ecclesie deputantur, vel tantum ad curam Ecclesie in spiritualibus & temporalibus. De primis economis, qui directo, & principaliter ad agendum, vel defendendum in iudicio constituentur, non est accipiendus hic textus, ut patet ex eius verbis, Penalis economum, qui debent fructus percipere. Quamvis enim in consequentium huius administrationis possit illi in iudicio patrimonium Ecclesie defendere, & res iniuste alienatas ad Ecclesie dominium revocare, cum dicatur legitimum Ecclesie defensores, c. ubi: Legitimus curas defensor, de reb. Eccl. l. 6. Clement. 2. ad tit. non tamen sunt principaliter designati ad agendum, & respondendum in

3 de custodia vacantium Ecclesiarum

Oratorum officium quale

9

Difficilimum prima difficultas

4 Ratio decidendi

in iudicio: quare accipiendus est presens textus de secundis economis, qui ad Ecclesiam honorum, fructuumque perceptionem, & conservationem deputantur, ut docet Glossa in presentibus. Quare licet ad patronum laicum spectet custodia vacantis Ecclesie, videlicet eius protectio, & defensio in iudicio, tamen cum non possit ex dicta prohibitione Conc. Chalcedonensis, conditioni economis ad administrationem ipsius Ecclesie, tam in spiritualibus, quam temporalibus, ideo cum Ecclesia est iurisdictionis laicalis, Episcopus debet constituitur economum Ecclesiasticum, qui eam regat, atque eius redditus necessarios feruet: quare economi designatio cum patronis Ecclesiasticis est, non desideratur, quia ipse per se est capax omnis custodie, & regiminis ipsius Ecclesie. Consequenter tamen introductus valet, ut custodia rerum Ecclesie vacantis quoad fructuum administrationem possit ad laicum pertinere, ut docent Lambert de iur. lib. 2. p. 2. q. 1. p. 2. q. 29. n. 13. Vivianus eod. tit. p. 2. lib. 7. c. 8. n. 2. unde in Hispania nostra, tum ob consuetudinem prescriptam, tum quia magnus noster Monarchia est patronus Ecclesiarum Cathedralium, potest etiam laicus designari, & constitui ad administrationem fructuum Ecclesie vacantis, ut docent Greg. Lopez in lib. 18. tit. 5. p. 1. Palacio Rubios in ur. de beneficiis vacant. in Curia, p. 10. Valenzuela conf. 196. n. 99. Solorzano d. c. 12. sere per totum, Christ. Lupus ubi supra.

Nec obstat secunda difficultas, quae hinc membris est. Prima enim eius parti respondendum est, verum esse eo casu, in quo inter patronos alicuius Ecclesie licet disceptat super presentatione, Episcopum posse Ecclesiam claudere, & Missarum solemniam interdiceret, donec patroni in eligendo consentiant, d. c. 3. de iur. iud. sed hoc procedit cum eis veritur inter patronos, aut patroni heredes, presens vero textus procedit, cum lis tractatur inter patronum, & Episcopum, ad quem spectat collatio, & institutio, quo casu non potest Episcopus Missarum solemniam interdiceret, aut eligere Capellanum, etiam elapso semestri. Discriminis ratio ex eo provenit, nam in hoc secundo casu, si Episcopus ob diffidum cum patrono potest eligere, semper lites protraheret, & discordias armaret cum patronis etiam legitimis, ut sic elapso semestri capellanus presentare possit: quare ratio cessat in primo casu, ideo in eo potest Episcopus ob moram, & negligentiam patroni clericum presentare, & instituire. Secunda parti difficultatis facile ex supradictis responderet. Nec tandem obstat ultima difficultas, pro cuius solutione sciendam est, satis controversum esse apud Interpretes, ad quem spectent fructus Ecclesie vacantis. Aliqui enim affirmant, uti successores reservari debere, moti hoc textu, & Clem. statuum, de elect. ex. 1. r. 1. in prin. vers. itaque, eod. tit. Ita docuerunt Panvinus de officio Capituli Sede vacante, p. 1. prin. q. 1. n. 1. Covarr. in c. 1. de testam. Reconnus de spolis, q. 1. n. 20. & q. 5. n. 3. Azor. 1. 2. in lib. 8. c. 4. p. 2. 95. Garcia de beneficiis, 2. p. 1. n. 89. Valenzuela d. conf. 94. n. 60. Contraria tamen sententia, videlicet fructus vacantis Ecclesie dividendos esse inter eius fabricam, & successorem, probatur ex scribis supra adductis, & presentis decisione, si recte perpendatur. Michael Rouffellus lib. 5. histor. c. 11. q. 3. ait, bona ab Episcopo relicta, & in iura Ecclesie acquisita, Ecclesie viduatae reservari in eius utilitatem convertenda, fructus vero Sede Episcopali vacante perceptos futuro Episcopo reservari. Juxta quam distinctionem accipit textus in c. sape, 40. dist. 4. Clem. statuum, de elect. Conc. Illece. can. 16. Sed circa hanc distinctionem fructuum inter successorem in Episcopatu, aut beneficii, & praedecessorem, omnia Glossa in c. presentibus, de officio ordin. lib. 6. quae distinguit inter beneficia, quae habent administrationem, & quae non habent, ut fructus priorum pro rata inter successorem, & praedecessorem dividantur, ceterorum vero fructus, quae administrationem non habent, pertineant ad successorem, si nondum percepti sint: omnia etiam sen-

rentia Navarii in aplog. de credit. q. 2. monito 13. qui existimavit, quos fructus pendentes ad successorem spectare, quem secuti fuerunt Gutier. lib. 1. canon. c. 33. Barbosa de potest. Episc. alleg. 117. n. 6. dicendum est, pro rata anni omnes fructus pendentes consuetaque beneficii dividendos esse inter heredes defuncti, & successorem, ut docent Sarmiento de redditibus 4. p. c. 6. Covarr. lib. 1. variat. c. 15. n. 11. Avendano responsio 5. n. 5. Molina lib. 3. de prim. c. 11. n. 4. Vallus de parit. c. 36. ex. 9. Castillo de usufructu c. 79. Escobar de racionibus, 1. 2. comp. 20. Molina de iur. 3. r. dist. 625. Garcia de beneficiis, 2. p. c. 5. ex. n. 94. Parladellus dist. 120. S. 1. Baptista Costa de ratione vana, q. 29. eleganter, ut solet, Aeneas Robertus lib. 3. varum iudic. c. 4. vers. Tertia opinio. Quod procedit five per obitum, resignatorem, aut alio quovis modo beneficium vacaverit, quo modo accipiendum est quod dicitur, fructus obvenientes tempore vacantis Ecclesie, debere impendi in Ecclesiarum utilitatem, vel reservari successori, ut in c. sape 40. de elect. lib. 6. c. presentibus, de officio ordin. eod. lib. Clem. Statuum, de elect. iuxta diversas Ecclesiarum consuetudines, nempe ut non tantum fructus percepti post vacationem referantur, sed & pro rata fructus, quos ipse non lucrificet praedecessor, Solorzano d. de iur. iudic. lib. 3. c. 5. ex. n. 45. Nogueira alleg. 26. ar. 5. quae doctrina vera est in beneficiis, tam respectu antecessoris, quam successoris, fallit vero in Episcopatibus respectu successoris, quippe Camera Apostolica percipit fructus Ecclesie vacantis, ex constitutionibus Pauli III. Julii III. Pauli IV. & S. Pii V. quarum meminit Barbosa vero 101. & in Hispania fructus non pertinent ad successorem, nisi ex die gratiae a Pontifice factae: quos Hispanice praxis sunt Garcia d. c. 5. Solorzano lib. 4. polit. c. 11. Marinis lib. 1. resol. 1372. idemque observari in Ecclesiis Siciliæ, refert D. Rochus Pirro 1. 2. Sicilia sacra, in notitia Ecclesie Melit. fol. 617. licet aliud observetur in Gallia, ut ex veteri, & novo Ecclesie Gallicane iure refert Petrus Marcha lib. 8. concord. c. 18. lino & in Episcopatibus novi orbis, ut refert Valenzuela, & Solorzano ubi supra.

Adhuc superiori assertioni obstat textus in c. ult. ut lite pendente, lib. 6. ubi statuitur, lite pendente super beneficio, interim neque eligi, neque presentari quemquam posse, neque aliquid innovari: igitur neque eius administrationis economus praefici valet. Cui difficultati respondendum est, verum esse, lite pendente super iure eligendi, vel presentandi in aliqua Ecclesia, aliquid innovari non posse in praedictum litem pendente, & ipsorum litigatorum, c. 1. c. 3. ut lite pendente, lib. 6. Covarr. praed. q. 13. in prin. & q. 36. n. 7. aliquid innovari potest, ubi ad faciliorem expeditionem, & proprii muneris legitimam executionem desideratur, prout est economi constitutio, argumento capitis cum tenentur 17. de appell. Covarr. praed. q. 23. n. 1. & cum ex hac economi constitutione praedictum patrono non irrogetur, sed consulatur Ecclesie, & eius redditibus, ideo Episcopus etiam lite pendente potest economum in Ecclesia vacante constituere.

Etiam expendi potest adversus hanc assertionem textus in c. ex. q. 2. de officio Archid. ubi deciditur, vacante Ecclesia Cathedrali curam totius civitatis ad Archidiaconum spectare, cuius negligentia valde damnum in eo textu: igitur vacante Ecclesia, etiam si Pater electio differatur, non est necessaria economi constitutio. Pro cuius textus solutione dicendum est, quod sicut Episcopo competit constitutio economi, & custodia Ecclesie illius, in qua ius instituti habet, ita & Archidiaconus in Ecclesiis inferioribus, in quibus institutio ad eum spectat, potest designare economum Ecclesie vacantis, quia custodia ipsius ad eum pertinet, de quibus Ecclesiis agit in d. c. ex. q. 2. c. 3. cum venissent, de iur. & ideo in d. c. ex. q. 2. c. 1. de requa ex pace, in 5. collect. eius Praesuli Bernardo dicto missa est presens epistola, quem postea lib. 2. regestr. 14. epist. 32. admonuit, ut cum suscepto muneri esset impar, Episcopatu resignaret. Et tandem lib. 4. regestr. 16. epist. 5. certis Episcopis, & iudicibus inquisitionem commisit super eius excessibus.

C A P U T V.

Idem a Cantuar. Archiepiscopo.

EX parte tua nobis constanti assertionem propositum est, quod interdum quidam pro certis causis excommunicati Sedem Apostolicam visitant, & recitantes causas, pro quibus sunt vinculo excommunicationis adstricti, de absolutione litteras deferunt, continentes eos ad Apostolicam Sedem accessisse, & auditis confessionibus suis, absolutionis beneficium meruisse. Unde quia nos consulere voluisti, utrum illa absolutio teneat, si occultis excessibus, pro quibus excommunicati fuerant, absolutionis beneficium meruerint, five excommunicationis causam aliam praetendentes. Consultationi tuae taliter respondemus, quod si ita tibi contiterit, eos cogere debes ecclesiastica censura, cum litteris tuis rei veritatem continentibus ad Apostolicam Sedem redire. Si vero id tibi non contiterit, & eos suspectos habueris, quod non fuerit veritatem confessi, ipsos compellere debes, quod exinde coram te rei veritatem confessi fuerint, & purgationem praestare.

NOTAE.

1. Idem Cantuar. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 7. post Conc. autem Later. 731. c. 1. legitur, Economi Episcopi: quoniam tamen in scripto retinetur, constat presentem epistolam missam fuisse Praesuli Anglicano. b. Compellere. Hinc deducitur, excommunicatum ex una causa, posse ex alia etiam excommunicari. Docent, & explicant Saar. de consue. dist. 5. sect. 2. n. 6. Sayrus eod. tit. lib. 1. cap. 40. num. 1. Covarr. Layman, & Villalobos relati a Gi-

balino de censuris dispense. 5. quest. 4. & expolui in cap. c. Purgationem. Quando, & quomodo indicenda sit purgatio, dicemus in c. 1. de purg. canonica. Ex hoc textu communiter deducitur absolutionem a censuris imperatam per subscriptionem, aut obreptionem, non valere, quod etiam probatur ex c. cum causa, c. officii, de sens. excom. c. post 7. de sine iudicio, c. super 4. de cohabit. cleric. Conclusionem examinari in c. super 20. de rescriptis, ubi expolui, c. quia tenet, de censura, c. ex parte, de privileg. can. 72. Concilii Africano.

CAPUT

C A P U T V I.

a Caesertino III.

Significavit nobis tua f. quod quidam de parochianis tuis, cum pro illicita consanguinitatis, vel affinitatis copula excommunicationem notantur, ad iudices remotiores ab Apostolica Sede litteras impetrarunt commissionis, per quas cum ab excommunicatione fuerint absoluti, quia dicti delegati ad locum, ubi testes consanguinitatis, vel affinitatis produci valeant, non accedunt, aut aliquos pro eorum receptione transmittunt, in praenominata defaria conjunctionis copula remanent, ut causa debitum non fortitarius effectum. Unde postulasti a nobis, quid tibi sit in tali articulo faciendum. Cum itaque dolus suus alicui patrocinari non debeat, nec etiam pro malitia, vel defidia iudicis delegati debeat quis ad remanendum in copula conjunctionis iniqua suffragium venire: t. f. tale datum in hac consultatione responsum, quod quoties ea, quae praediximus, in tua dicecesi evenire contingat, licite potes aliter absolutos in praesentem excommunicationis sententiam revocare, ipsosque tandem eadem sententia tenere ligatos, donec causa in f. receptione testium, & in aliis legitimis iudiciis habere progressum, vel aliud exinde suscipias ab Apostolica Sede mandatum.

NOTAE.

1. Caesertino. Neque ex hac, neque ex secunda collectione, sub hoc tit. cap. 2. ubi reperitur haec decisio, constat cui missa sit. De ipso vero Caesertino aliqua notavi in cap. seiscitatus, de rescriptis. Alia tamen partes hujus decretalis reperitur in cap. 6. c. 7. de testib. co-gendis. b. Impetrarunt. Quando excommunicati litteras, tam iustitiae, quam gratiae impetrare possunt, expolui in c. ab ex-communicato, de rescriptis.

c. Transmittunt. Quando iudex teneatur accedere ad locum ubi testes degant, dicemus, Deo annuente, in c. si quis testium, de testibus. d. Nefaria. Idem incestuosa conjunctionis: non vero nefaria proprie conjunctio erat, sed a gravitate delicti nefaria dicitur, ut in c. dolentes, de color. Missarum. e. Sententiam revocare. Hac verba expolui in c. studisti, de officio Legati. f. Receptione. Post absolutionem videlicet, alias excommunicati non possent esse in iudicio, c. intellectus, de iudicis, c. 2. de exceptionibus.

C A P U T V I I.

Innocentius III. a Auscivano Archiepiscopo.

Quanto devotio religiosorum virorum studiosius mandatis divinis inhaeret, & Creatori suo placere per opera sanctae conversationis intendit, tanto humani generis inimicus seductionem eorum sua fraudis malignitate laborat, & variis modis eis praestat materiam excedendi, & animas eorum inextricabili laqueo mittit irretire. Ad audientiam fidei nostram noveris pervenisse, quod monachi, b. canonici regulares, & alii in tua provincia constituti, cum deberent potius in claustris, juxta regularia constituta, divinis obsequiis vigilare, de e obedientiis, & redditibus, quorum curam gesserunt, pecunia congregata, claustrum abhorrentes, per curias Principum, & potentum discurrere non verentur, & muneribus suis illorum sibi gratiam, & favorem acquirunt, ac de ipsorum familiaritate confisi, in conventu suo graves dissensiones commovet, & ceterorum humilitatem in spiritu arrogantiae contententes, mandatis Praetatorum suorum inobedientes, contumaces existunt, & contra illorum prohibitionem facultarium negotiorum sollicitudinis se immergunt. Quoniam igitur propter hoc ordo Religionis non modicum enervatur, f. t. per A. f. m. quoscumque tales invenieris, nisi ad commonitionem tuam resipuerint, ut d. proprium suum in manibus Praetatorum suorum sine difficultate resignent, convertendum in utilitatem domus, secundum Abbatibus consilium, & regularem vitam observent, si e Praetati eorum post tuam commonitionem id exequi negligenter omiserint, per f. suspensionem officii, & beneficii, ap. rem. compellas. Dat. Lat. xiv. Cal. April.

NOTAE.

1. Auscivano. Ita legitur etiam in tertia collectione, sub hoc tit. c. 1. & in epistolis Innocentii III. editis, & castigatis a Sirleto, lib. 1. ep. 80. fol. 38. Auxitani, five Auscitani, ut voluit Strabo, & Ptolomeus, sunt populi in Aquitania, Pomponius Mela de situ orbis: ibi: Aquitanorum clarissimi sunt Ausci: ipsi autem Auxitani sunt in Valconia Aquitania, qui juxta Latii a Romanis obtulerunt, & resistent eodem Strabone. Ipsa autem Auscitana civitas jam olim habuit Ecclesiam Cathedrali, in qua Metropolis Elufina translata fuit, ut refert Arnaldus Ojann, in notitia urbisque Valconis, lib. 3. c. 8. licet aliter sentiat Bolquetus ad Innoc. lib. 2. regestr. 14. epist. 32. Mentio fit hujus Ecclesie in c. 1. de requa ex pace, in 5. collect. eius Praesuli Bernardo dicto missa est presens epistola, quem postea lib. 2. regestr. 14. epist. 32. admonuit, ut cum suscepto muneri esset impar, Episcopatu resignaret. Et tandem lib. 4. regestr. 16. epist. 5. certis Episcopis, & iudicibus inquisitionem commisit super eius excessibus.

b. Monachi, & Canonici. Sunt enim in ea Metropoli varia monasteria, tam D. Benedicti, quam Bernardi, necnon plures Ecclesie canonicorum regul. Ordinis Praemonstratensis; quas refert Tamburinus in serie Abbatum, in Auscivana Metropoli.

c. Obedientis. Omnis obedientiae variis actionibus, de quibus repetentes ad rubricam de majoris, & obed. obedientiae in praesenti accipiuntur pro monasteriis inferioribus, quae majori monasterio parent, a qua subjectione Prioratus ipsi, & Abbatibus nomen accipiunt, & obedientiae appellantur, & qui praepositi illis est, obediens dicitur. Ap. Carnot. epist. 163. De monacho illo, quem juramento contraxisset, ne ultra illam administraret obedientiam. Gregor. VII. lib. 6. epist. 21. Obedientiam, ceteraque beneficia sine communi consensu fratrum acquirere. Ipsique obedientiarum, qui in eis praeponebantur, administrabant fructus, & provenus ipsius obedientiae. Clement. 1. de supplend. neglig. c. cum singula, de praebendis, lib. 6. & nulli praedictae obedientiae poterant potestati, nisi expresse professio ipsam Ordinem monachalem. Clement. ne in agro 3. S. Jove, de statu monach. De his obedientiis agit in cap. suborta 21. de re iudicata, cap. monachi, de statu monach. alia notauntur Cirionis ad tit. de majoris, & obed. c. ad tit. de feudis, Paulus Idumay in notis ad Innocent. lib. 3. ep. 29. regestr. 14. ubi & Bolquetus; Jureus ad Innocent. dist. ep. 163. D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. I. Part. II.

d. Proprium. Quod magnopere a sacris canonibus prohibetur est; siquidem religiosi emittentes paupertatis votum, nihil omni modo possidere valent, c. superi, c. cum ad monasterium, c. monachi, q. quia vero, de statu monach. plura Conciliorum decreta, & Sanctorum PP. testimonia congerunt Landmeter. lib. 2. de veteri clerico, cap. 11. Lemaire de iustitia. Episc. lib. 1. per totum. Mendoza q. 8. scolasti. Jodocus Coccius lib. 4. thesaur. ar. 3. Bellarminus lib. 2. de monachis, c. 20. Jureus ad epist. 57. Leonis. Sed difficultis videtur hac potentii epistola, dum supponit, peculium a monachis possessum, & acquisitum debere in manibus Praetati resignari; nam in d. c. cum ad monasterium, postquam ipse Innocentius sub oblatione divini iudicii prohibuit monachis propriam possidere, statuit, ut si peculium apud aliquem reperitur tempore mortis, cum ipso monacho proprietario in sterquilinio sepeliatur; igitur non recte in praesenti affirmatur, peculium a monacho congregatum, & acquisitum, in utilitatem monasterii esse convertendum. Pro cuius difficultatis solutione discrimen est constitutum inter res acquisite a monacho ex administratione, & occasione ipsius monasterii, & aliunde quasitas. Res intuitu monasterii acquisite, five in vita, five in morte penes ipsum reperiantur, lucro monasterii cedunt; res vero aliunde quasitas, Abbatibus, & per consequens monasterio acquiruntur, c. Abbatibus 18. q. 2. l. Deo, c. de Episc. & Cleric. Petrus Gregor. lib. 1. parit. tit. 26. c. 4. Azor. tom. 1. in lib. 1. c. 10. sed si tempore mortis respicere reperiantur penes monachum, sepeliuntur cum ipso in sterquilinio, ut alii ita terreatur, & proprium peculium ullo modo non retineant.

e. Praetati eorum. Hac verba ad Episcopos dioecesanos esse referenda, existimant Hostiensis, Anania, & Butrius in praesenti: sed rectius Joannes Andreas, & alii antiquiores existimant, ea verba esse referenda ad Abbates, seu Priores ipsorum monachorum; ita ut sensus hujus clausulae sit, Archiepiscopum debere admonere ipsos Abbates, ut retrahant monachos vagabundos, & illis negligentibus praedictos monachos retrahere, Episcopis dioecesanis jubere debere, ut eos retrahant ad propria claustra; & tandem ipsi Episcopis negligentibus, Archiepiscopum per se omnium negligentiam suppleat.

f. Suspensionem officii, & beneficii. Eadem etiam habetio est circa hac verba apud Interpretes in praesenti, an videlicet hac verba referenda sint ad Praetatos regulares, an vero ad Episcopos dioecesanos. Sed verior est eorum sententia, quae affirmat hac